



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 36. Montargium obsidione liberatum, & Cenomanum a Gallis captum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. vigesimum secundum protrahitur; altera vero, eaque prolixior, orditur ab **A. C. 1428.** Anglia a Normannis capta, seu ab Anno Salvatoris nostri millesimo sexagesimo sexto usque ad sextum Henrici V. annum, scilicet millesimum quadringentesimum decimum septimum. Idem quoque continuavit Polychronicon Radulphi de Higden.

§. XXXVI.

*Montargium obsidione liberatum, &
Cenomanum a Gallis captum.*

Jean Char- **H**oc anno Gallia plurimis obsidionibus,
tier hist. de præliis, & tam domesticis, quam ex-
Charles VII. teris turbis undique divexata alte inge-
miscebat, quæ omnia articulatim impræ-
sentiarum recensere non vacat, spectata
Instituti nostri ratione; gesta enim, quæ
Historiæ Ecclesiasticae nullatenus conne-
xa videntur, præterire statuimus. Pau-
cis dixisse sufficiat, eo tempore nec ur-
bem, nec pagum inveniri potuisse, qui suo
non muniretur præsidio; quippe nil nisi
propugnacula, & arces jam eminentibus
collibus superimpositæ, jam ad flumina,
& transitus, inque apertis castris exstruc-
tæ quaquaversum conspiciebantur. Om-
nes Nobiles suos quisque conducebant
milites, seu ut verius dicam, scurrarum,
& prædonum colligebant agmina, quæ
tamen nonnisi civium ære ali debebant.

Ne

Ne vero præcipuos bellici furoris even-
Sæcul. XV.
tus omnino intactos relinquamus, inter A. C. 1428.
celebriora postremis hisce duobus annis
edita belligerantium specimina recenseri
merentur Montargium ab obsidione An-
glorum liberatum, & Cenomanum a Gal-
lis captum, quod olim Angli occasione
dissensionum, quibus Francia scindeba-
tur, expugnarunt. Parta hac victoria
Caroli VII. rebus benignior fortuna ad-
spirare videbatur.

§. XXXVII.

Aurelia ab Anglis obseffa.

Verum longe gravioribus curis Fran-
ciam occupabat Aureliæ obsidio.
comes enim Saresberiensis accitis ex An-
glia militum supplementis, & constructis,
qua parte Belsiam, Soloniamque spectant,
pluribus propugnaculis, Aureliam die duo-
decima Octobris Anno salutis quadri-
gentesimo vigesimo octavo supra millesi-
num obsidione cinxit; prius vero non
modo Belsiam; sed cetera quoque ex-
pugnavit propugnacula, quæ extensione
sua duodecim aut ferme quindecim leu-
carum spaciū emetiuntur, ac secus Li-
gerim jacent. Interea dum hæc Aure-
liæ aguntur, Burgundiæ Dux Belgico ad-
versus Jacobinam Bavaram bello occupa-
batur, quod etiam adeo prospero Marte

*Daniel hisce
Carol. VII.*

N n 3 gessit,